

MISA GREGORIANA

Pater Noster

Celebrante: Praecéptis salutáribus móniti,
et divína institutióne formáti, audémus dí-ce-re:

Todos: Pater noster, qui es in caelis: sanctificétur nomen tuum;

advéniat regnum tuum; fiat volúntas tu - a, sicut in caelo, et in ter - ra.

Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;

et dimítte nobis débíta no - stra,

sicut et nos dimíttimus debitóribus no - stris;

et ne nos indúcas in tentati - ó - nem; sed líbera nos a ma - lo. (*a "Libera nos"*)

(*si no se canta "Libera nos"*) ma - lo. (*fin*)

Celebrante: Líbera nos, quáesumus, Dómine, ab ómnibus malis,

da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiae tuae adiúti,

et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne se-cú-ri:

exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Jesu Christi.

Todos: Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in saécula.

Celebrante: Pax Dómini sit semper vobís - cum.

Todos: Et cum spíritu tu - o.

Celebrante: Offérte vobis pacem.

